concipiuntur iniquitate inpeccato naſcuntur inlabo
re uiuunt indolore moriuntur · · · GEL ICE

XV QUALES II DISCRETIONIS PREUARICATIONIS AN·
& humanae nature · quur iſta redimitur illa ſine fine perit
praeuaricatoreſ quippe angeloſ · ideo ueniam non habere ·
eo quod fragilitatiſ carnaliſ nulla grauentur infirmitate
Homineſ autem poſt peccatum idcirco receſti ad ueniam
propter quod pondus infirmitatiſ ex lutea traxerunt
materia · probat pſalmiſta propter carniſ conditione
reditum patere homini ad ſalutem · Sic enim dicit ipſe
ſcit figmentum nrm · memento dne quod terra ſumuſ ·
& iterum memorare quae ſit mea ſubſtantia · At uero
diabolus uel maligniſ ſpſ nec poſcunt ueniam nec me
rentur · ſicut ſcriptum eſt de eodem apoſtata cuiuſ
cor quaſi lapiſ indurabitur · Scilic& ut penitentiae
conpunctione nūquam emolliatur ·

XVI INTER HOMINĒ ET PECUS ITA DISCRETIOĒ
Homo eſt animal ex corpore animaque uiuenti con
poſitum · atq· ſpirtali conparatione formatum ſubſiſ
tenſ ratione liberiq· arbitrii uoluntate uitiorum
capax atq· uirtutū · At contra pecuſ eſt animal inrati
onale mortale motu ſanguiniſ & carniſ animatū ·
unde & anima eorū poſt morte ſimul cū carne diſſoluitur ·

XVII RATIONEM HUMANI CORPORIS ·
Singulorum q· membrorum differentiam Lactantiuſ
ſiue pleriq· auctorum ita diffinierunt dicenteſ ·
homo dictus ab humo · hic ex diuerſiſ ſubſiſtit ſubſtantiiſ
ex mortali & inmortali · corpus autem eiuſ ex oſſibuſ ·